



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Marcellini Ravennatis Archiepiscopi. Ex ea quam Hieronymus Rubeus vir doctiſſ. Historiarum Rauennatum lib. 1. conscripsit anno 230.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

ne, dispersis dissipatisque consilijs, meam suscipiet animam. Hæc cum dixisset, fusa ad Christum cum admiranda pietate oratione, spiritum tradidit.

Inter preces suum Christo tradit Spiritum.

Consularis autem qui post eius mortem, immortalem apud se alere volebat insaniam, ut Christianos reliquiarum diuitijs & gloria priuaret, corpus eius sacco cum arenæ pondere infutum, in vndas maris præcipitari iubet. Sed Christo illud toto triduo in mari illæsum seruante, tandem propinquæ cuidam appulit terra: vbi Claudius, vir quidam moribus mitis ac moderatus, cuius, ab infantia sancta virgo, disciplinis enutrita fuerat, illud sustulit: & rapim extracto sepulchro cum debita veneratione, condidit.

Corpus eius non potest submergi.

Sepelitur.

VITA S. MARCELLINI RAVENNATIS Archiepiscopi. Ex ea quam Hieronymus Rubens vir doctus. Historiarum Rauennatum lib. 1. conscripsit anno 230.

Teste C. Baron. in Notat. ad Martyr. Rom. 5. Octob. Marcellinus succedit Agapito. Sedii 47. annis.

A GAPITO Rauennatum decimo Archiepiscopo, Marcellinus successit, trigessimum circiter annum supra ducentissimum ab ortu Christi: Urbano Romanæ sedis pontificiam administrante dignitate. Qui Marcellinus quadraginta & septem annis, tanta sanctitate atque innocetia Rauennati Ecclesiæ præfuit, ut sola opinione homines à maleficio deterreret, & ad leges diuinas seruandas colendasque inflàmaret. Sæpius cacodemonum furorem (tanta in illo fuit magnitudo & præstantia benignitatis diuinæ) nullo labore compressit.

Compressit demones.

G Cum

* *Quintiniano*
S. Agathe
Martyrium
habetur s.
Februa. que
pissa reperi
tur anno
Christi 254.
Decij Imp.
2. unde et
tempus obi
tus huius
presulis col
ligi potest.
Moritur fe
liciter.

Cumq; virum sanctum illi, vallatum tenerent, ac circumuenissent: eo Deum suppliciter inuocante, statim prostrati, misereque afflicti sunt. Huius tempore Fusca virgo nobilis, Idibus Februarij, sub * Quintiniano Præsidente, qui in Sicilia Agatham trucidauit, ob Christi religionem Rauennæ interfecta est: adeoque passim in Christianos generatim sæuitum est, vt paucissimæ eorum familiæ, nedum ciuitates, eius calamitatis expertes fuerint: Hoc itaque tempore Marcellinus Rauennatum Antistes, in tanta Christianæ religionis perturbatione in fide Christi constans permanens, demum plenus dierum ac bonorum operum, ex mortalitatis huius ergastulo ad immortalem vitam migravit. Eius corpus in extremo spiritu suavissimorum vnguentorum diuinum efflans odorem in D. Probi basilica sepultum est.

VITA S. ATTALINI, EPISCOPI ZAMORENSIS in Hispania: Ex ea quam Lucius Marinus Siculus, Regius Historiographus conscripsit, de rebus Hispania. lib. 5. Claruit circa annum Domini 820.

Teste C. Baron in Not. ad Martyr. Roman.

5. Octob.

Ingrreditur monasteriũ.

Præficitur in Priorem.

ATTILANVS quinque & viginti annorum iuuenis, cum multa de eximia Morerolæ monasterij sanctitate, quod à Samora non longè distabat, audiret, ilicò pietatis apprimè studiosus se eò contulit. Vbi postquam annos decem cælestis militiæ stipendia, sub Floriani Abbatis disciplina fecisset, in eius monasterij Priorem cõstitutus est. Eo tempore cum